



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.


VD18 13723553

Ordines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

arum. sita, ex concessione Urbani V. Carthu-
 sianis per Bullam, dat. 7. Kal. Maji. 1363.
 Incipit: *Sincera devotionis*: habetur in
 Bull. comm. ordine 2. & Alex. VI. Cister-
 ciansibus per Bullam, datam 8. Idus Nov.
 1498. Incipit: *Romanus Pontifex*: est 14.
 in Bull. Regul.

Vide V. *Missæ*. §. 7. & 8.



ORDINES.

§. 1.

*Facultas ad sacros Ordines, &c. pro-
 movendi.*



Otest Præpositus Generalis
 præsentare Nostros cuicum-
 que Catholico Antistiti, gra-
 tiam & communionem Sedis
 Apostolicæ habenti: isque sic præsen-
 tatos, absque omni promissione vel obli-
 gatione ipsorum ordinandorum, ad om-
 nes sacros Ordines promovere. Paulus
 III. pag. 12.

*Advertatur, hanc facultatem declarari
 per §. sequentem.*

§. 2.

*Facultas Nostros promovendi ante Pro-
 fessionem.*

Nes.

Nostri, qui tria vota, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, in Societate emisserunt, de licentia Præpositi Generalis possunt promoveri ad omnes sacros Ordines, etiam ante solemnem Professionem emissam, si modò sint ætate, moribus, & doctrinâ idonei; non obstante Constitutione Pii V. quæ decretum Concilii Tridentini sess. 22. cap. 2. de Reform. ad Regulares non Professos extendit. Gregorius XIII. pag. 43.

§. 3.

Debent ab Episcopis promoveri Nostri sine interstitiis, &c.

Præcipitur & interdicitur omnibus Episcopis, & aliis Antistitibus, nè à Nostri promovendis, qui licentiã à Præposito Generali Societatis pro tempore existente, vel ab eo delegatis habuerint, quædam requirant vel exigant, in litteris Apostolicis proximè citandis contenta: sed ipsos etiam absque ulla functione in ipsis Ordinibus, aut observatione interstitiorum ad illos suscipiendos, aut inquisitione de cantu, officiis, & cæremoniis Ecclesiasticis, idoneitate, proprii Ordinarii licentia, & aliis in alios requisitis, ad minores, ac etiam extra tempora à jure statuta, tribus Dominicis, vel aliis Festis diebus, etiam continuis, ad sacros, etiam Presbyteratus, Ordines

dir
firi
72
gra
sua
par
in
cia
in

s
cibi
Cor

P



I

Fac



dines promoveant, ac si illi omnibus requisitis essent præditi. Gregorius XIII. pag. 72. & sequent. Ubi etiam prohibet hujus gratiæ communicationem, etiam iis, qui sua privilegia cum Societate participant, & participare poterunt.

Facultates, quæ præcedentibus §§. continentur, communicantur omnibus Provincialibus, exceptâ facultate extra tempora, quæ in Europa reservatur Præposito Generali.

§. 4.

Nostri post vota promoveri possunt.

Societatis Religiosi, emissis votis simplicibus, promoveri possunt, ex Gregorii XIV. Constit. ad Sacerdotium. pag. 98.

PARAMENTA.

Vide verbo *Sacra*. §. 2.

PRÆDICATORES.

Facultas Concionatores deputandi, &c.



Offunt Nostri, qui idonei reperti fuerint, deputari à Præposito Generali, ad prædicandum in quibusvis locis,

I

atque